



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1861**

LXXXI. Johann Westphal versöhnt sich mit der Stadt Prenzlau, am 15. April  
1335.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

gratam habentes, eamque auctorizamus per presentes. Nichilominus omnibus vere penitentibus et contritis, qui ad luminaria diete fraternitatis et Syndonem comparanda et emendanda suas pias elemofinas fuerint elargita et qui exequiis eorundem pauperum ibidem decedentium interfuerint, XL Dies indulgentie et vnam carenam de iniunctis sibi penitentiis in Domino misericorditer relaxamus. In cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum Berlyn, anno domini Millesimo trecentesimo XXXIII<sup>o</sup>. ipso die cinerum.

Nach Bedmann's Abschrift des Originals.

LXXXI. Johann Westphal versöhnt sich mit der Stadt Preuzlau, am 15. April 1335.

Coram omnibus et singulis, In quorum noticiam peruenerit presens scriptum. Ego Johannes dictus Westphal Tenore presencium recognosco publice protestando, Quod promisi et palam promitto per presentes Consulibus Scabinis, prefecto Totique communitati Ciuitatis prentzlaw veram, integram, quoque firmam concordiam amiciciam atque sonam perpetuis temporibus duraturam, dictam Ciuitatem prentzlaw aut Ciues eiusdem Ciuitatis in nullo penitus impediendo, malum eorum sciendo siue cognoscendo neque peragendo, nec diete Ciuitati per omnem eius Gyrum, transitum vel circuitum vnquam proprius appropinquando nisi ad spacium vnus miliaris, prout eciam prius coram inclito principe et Domino, Domino Lodovico Marchione brandenburgensi exstat placitatum. Et si aliquid premissorum, quod ablit, non seruarem neque adimplerem, extunc ipso facto dicta mea compositio siue sona nullius erit efficacie uel vigoris, sed omnimode reputabitur irrita et innanis, si me non purgauero et meis deposuero iuramentis et si contra me probatum fuerit Testimoniorum duorum vel trium virorum proborum, ydoneorum atque fide dignorum. Testes huius sunt dominus beteke, miles de wiltberch, Dapifer, Gherardus Wulph, Aduocatus Incliti principis et Domini Lodewici marchionis ante dicti, Godeke, miles de Gryphenberg, franko, miles dictus Wulph, Grypheko, famulus de gryphenberch et quam plures alii fide digni. Actum et Datum ante Ciuitatem premzlaw, Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXXV<sup>o</sup>. sexta feria post festum palmarum.

Nach Bedmann's Abschrift des Originals.